



# Disputatio medica inauguralis de haemoptoe sive sanguinis sputo

<https://hdl.handle.net/1874/345203>

49.

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
HÆMOPTÖE  
SIVE  
SANGUINIS SPUTO.

AUSPICE <sup>QUAM</sup> DEO OPT. MAX.

*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

JACOBI VALLAN,

M. D. Praxeos, & Institut. Med. Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicī Consensu, ac Nobilissima*

*Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis, rite

& legitimè consequendis,

*Publice defendendam suscipit*

SAMUEL DENYSSEN, SARDAMO-BATAV.

*Ad diem 10. Martii, horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clc xcii.

DEO TER OPT. MAX.  
SUMMO MEDICO.  
PARENTI CHARIS-  
SIMO.  
CONSANGUINEIS  
CONJUNCTISSI-  
MIS.  
PRÆCEPTORIBUS  
CELEBERRIMIS.

*Hanc Disputationem Inauguralem*

D. D. D.

SAMUEL DENYSSEN,

AUCT. & RESP.

# DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

## HÆMOPTÖE SIVE SANGUINIS SPUTO.

### THESSIS I.



Ualibus ac quantis Homo, creaturarum creaturea nobilissima, sed, proh dolor! etiam miserrima, continuo omnigenis prematur miseriis, notius est, quam ut prolixâ alicujus explicatione egeat: sufficiet mihi, pro Gradu Doctorali disputatuero, ex amplio morborum campo unicum tractare, *Hemoptoen scil. sive sanguinis spu-*  
*num*, in cuius messem falcem meam immittere, ac pro ingenii modulo hoc thema resolvere, in annum induxi.

### II.

In hoc itaque morbo, ut & in omnibus aliis ritè tractandis, ordo est, nec non vulgo recepta methodus, quibus uti non incongruum fore existimo: non autem *Etymologiam*, pro ut unicuique satis notam, longa quadam seriè deducemus; sed hujus morbi *definitionem*, *differentias*, *cansas tam internas*, quam *externas*, *signa diagnostica*, *prognostica*, ut & *curationem*, breviter dabitur.

### III.

*Hemoptoe*, sive *sputum sanguinis*, in genere quidem *omnem sanguinis per os rejectionem significat*; propriè tamen, dequâ nobis præcipue hic sermo est, *pro ea sanguinis per os ejectione*, *qua ex pulmone, thorace, & aspera arteria procedit*, habetur.

A 2

IV. Da-

## 4 DISPUTATIO MEDICA

## I V.

Datâ definitione, ad hujus mali *Differentias* accedimus, quæ innumeræ ab Auctòribus recensentur; verum paucas, easque præcipuas, breviter perstringemus: ratione itaque *quantitatis sanguinis*, sputa differunt; vel enim *copiosa*, vel *paucâ* sunt: ratione *qualitatis* ab invicem distinguuntur; alia enim sunt *tenuia* & simul *acria*, alia *crasiora*, & *insipida* ferè, alia *spumosa*, alia *livida*, alia *nigricantia*, vel *tantillo puris* permixta: ratione *modi excernendi* ultimo discrepant; hæc enim cum *tussi*, illa cum *screatu*, hæc *cum*, illa *sine dolore* ejiciuntur.

## V.

Hisce præmissis, ad *causas* transeamus, quæ variae sunt, quæque plurimum in *internas* & *externas* dividi solent. *Interna* referri possunt ad *materiaturam* & *structuram*: ad *materiaturam*, quantum sanguis peccet *quantitate*, *qualitate*, vel *motu*: ad *structuram* pertinet nimia *vasorum* vel *angustia* vel *laxitas*.

## VI.

*Causa externa immediatè* hunc morbum producentes sunt, *ictus*, *casus*, *vulnus*, &c. *Mediate* vero causæ sunt omnia illa, quæ massam sanguinem augere, depravare, & motum ejus accelerare valent, ut *victus plenior*, *vitiosus*, *exercitia corporis vehementiora*, &c. quæ omnia passim ab Auctòribus sub rebus non naturalibus comprehenduntur.

## VII.

Causis tam internis quam externis breviter recensitis, ad eorum *facultates* accedimus. Inter causas itaque internas, sub nomine *materiatura* hunc morbum producere aptas, consideravimus. 1. *Sanguinis quantitatem*; quæ quomodo sputi sanguinis causa esse possit, ex sequentibus facile intelligetur: à nimia enim sanguinis copia, vasa in immensum distenduntur, pori & tubuli nimium dilatantur, & particulae cum illis ratione figurarum & magnitudinis minus convenientes, simul affluunt & propelluntur; quæ cum liberum transitum non inveniant, obstrunctiones pariunt, sanguis vero continuo à tergo insequens, & suo in cursu impeditus, in eas valde impingit; quo fit, ut vasa

ad VI

vasa distendantur ac dilatantur, quæ vasa tenuioris texturæ, seu angustiora, seu tantæ molis non capacia distenta ac dilatata, sanguinem quomodo quaquaversum emittunt.

## VIII.

2. Loco, in thesi quinta, sanguinem *vitirosa qualitate* posse peccare diximus, quæ sua acrimonia, sive ea sit *salsa*, sive *acida*, ad hunc morbum producendum quid valeat, breviter videamus, considerando nimirum, particulas acres tenerissimam vasorum texturam fibrosam facillime erodere, quâ erosione undique factâ aperturâ, sanguinem ubique effluere, qui acredine sua pulmonum nervos, vel internam asperæ arteriæ membranam &c. irritans ac vellicans, majores spirituum influxus seu convulsiones excitat; quo sit, ut tussi irritatis partibus, materia contenta, nisi tenuis existat nimis, foras eliminatur; sanguinis verò particulæ falsæ ac acidæ, particulis ab utraque parte scindentibus constantes, fibras utique & vasorum poros dissolvere queunt; quâ facta dissolutione, purpura illa vitalis largius profunditur, simili uti dictum modo.

## IX.

3. Ibidem motum ejus indicavimus, quando nimirum à quacunque causâ sanguis fervidior ac turgidior reddatur, motusque ei fortior inferatur; unde vasa in majorem molem expanduntur, tandemque aperiuntur, & exitum sanguis per continui solutionem sollicitat.

## X.

Nec minus ex *Vasorum culpa* (*Morbus structura audiens*) hic affectus exoriri solet, quatenus ista vel tenera nimis, vel gracilia, nonnunquam à motu violentiore, uti à *tussi*, *ictu*, *casu*, *vociferatione*, alioque exercitio vehementi disrumpuntur; vel in quantum ea laxa nimis & humida, quo ad oscula sua dehiscunt, & sanguinem è Circuitu erumpere sinunt: porro interdum, quatenus venæ, à frigore constrictæ & corrugatæ, crux non prompte trajiciunt, iste re-

## 6 2 DISPUTATIO MEDICA I

stagnans arteriolas distendit, & ex earum osculis erumpit.

## X I.

Perlustratis quodammodo *causis internis*, exponendæ nunc veniunt *causæ externæ seu procatarctica*: Inter causas itaque externas immediate hunc morbum producentes, *thesi 6. ictus lapsus, vulnus* enumerati fuere, qui si justo vehementiores acciderint, universum corpus concutiendo, non modo vasorum oscula dilatare, sed & disrumpere valent: à *vulnere* quomodo hic affectus excitetur, accuratiori inquisitione indigere non autumo.

## X I I.

Inter causas denique externas *mediante* hunc morbum producentes, *Aéri* principem locum do, cum ille, & nos ambiens, & calefaciens, & refrigerans, diversissimis quas continent particulis, sanguinem in pulmone, & deinceps plurimum afficere & mutare valeat; ita ab aere ambiente, existente *frigido*, pori occluduntur, insensibilis transpiratio inhibetur, sanguisque incrassatur, sicque hic affectus causatur: *buc* itaque quadrat *Aph. 24. sect. v. frigida, velut nix, glacies, pectori immica, iusæ movent, sanguinis eruptiones, ac catarrhos inducunt*: ab aere vero *calidore* sanguis agitatur, attenuatur, ejus fermentationes augmentur, motusque ejus acceleratur, adeoque ut tandem prægressis quibusdam jam enarratis causis vase aperiantur, ac rumpantur: sunt & præterea aliæ aëris facultates & permixtæ particulæ, quæ hunc affectum producere valeant, verum illas omnes enumerare non licet, ne præscriptos brevis disputationis limites excedamus.

## X I I I.

Quid *Cibi & potus* ad hunc morbum conferant, facile illi testari possunt, qui suo periculo id habent, quid sit sputum sanguinis; à *cibo* enim *generofore* ac *succipleno* sanguinis massa multum augetur, quæ suâ copia, quid possit, ex *th. 7.* satis videre est: *Qualitate* vero *cibus peccans, sive is sit acris, acidus aut falsus, sanguinem depravat, qui depravatus suos fortitur*

## I N A U G U R A L I S. 7

fortitur effectus. *Vid. th. VIII.* Insuper notandum, vitiosis ciborum qualitatibus humores rarefieri, iisque motum plerumque impetuosiorem inferri, de quo diximus in *th. IX.* De assumptis medicamentis acidis, corrosivis, ac quadam acreidine præditis, brevitati studens nil dicam.

### X I V.

Non minus hic culpandus est *potus*, qui si frigidus assumatur corpore calente, sanguinem incrassat, ejusque motum sistit: calidus vero assumptus (uti omnia calida frequenter usurpata, juxta (*Aph. 16. Sect. 5.*) has affert noxas; *carnis effaminationem*, *nervorum potentiam*, *mentis torporem*, *sanguinis eruptiones*, *animi deliquia*: *hac quibus mors*: idem *Celsus* testatur, sic enim ait. *Calor omnis & jecur & lienem inflamat, mentem hebetat, & ut anima deficiat, ut sanguis prorumpat, efficit.* Denique omnes vini potus generosiores hoc referri possunt; sanguini enim calorem & stimulum addunt, ac ad exorbitantias invitant: notabile exemplum de quodam Studioso, à vino potu in hoc malum incidente, narrat *Mab. in fund. Med. Phys. Cap. XIII.* Insuper ex nimio potu Coffé, Thée nostrum affectum oriri posse abunde probant homines, qui se se ter quaterve quotidie ad gulam usque ingurgitant, cui mori licet abominabili hodie uterque sexus, præsertim fæmineus, utpote passionibus suis magis indulgens, stultæ honoris imaginarii captationis ergo, obsequitur.

### X V.

Nunc ad *motum* pergimus, eique oppositam *quietem*; de quibus sufficit cum *Ovidio* dixisse,

*Quod caret alterna requie durabile non est,*

*Hac recreat vires, fessaque membra levat.*

*Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis,*

*Immodicus contra carpit utrumque labor.*

### X V I.

Sequuntur *somnus & vigilia*, que utraque modum excedentia, malum, uti *Hipp.* iisdem testatur verbis *Aph. 3. Sect. 2.* & *Aph. 71. Sect. 7.* Per *somnum* enim spiritus animales fiunt torpidi, ac ad actiones suas peragendas inepti, hinc omnia fermenta de-

## 8 DISPUTATIO MEDICA

ta debilitantur, ac humores viscidi nec non glutinosi generantur: per Vigilias autem spiritus animales dissipantur, unde sanguis à naturā suā balsamicā in acrem & noxiam constitutionem degenerat.

## X V I I.

Denique *Animi pathemata* huic malo non parum sunt obstricantia, ut sunt *ira*, *laetitia nimia*, *tristitia &c.* Ira quippe ac laetitia Spiritus perturbant, nec non parvam sanguini turgescenciam inferunt: per tristitiam verò sanguinis motus imminuitur, acidumque acre in eo augetur.

## X V I I I.

Ex preternaturalium classe culpanda venit *mensum*, *narium*, *hemorrhagie*, *hemorrhoidumque suppressio*: hinc enim sanguinis dyscrasia: hinc illae lachrymæ.

## X I X.

Sic *cansis* tam internis quam externis, carumque facultatibus enarratis, nunc ad hujus affectus *signa diagnostica* procedimus, quæ pro caufarum varietate varia sece produnt; si ergo à *Plethora* hic affectus excitetur, illico ejus signa id nobis indicabunt, qualia sunt vasorum tam arteriosorum quam venosorum intumescentia, color faciei floridus & rubicundus, habitus corporis carnosus, pinguedine multa obseßus, appetitus imminutus, motus quidem moderati, ast graves, & lassitudinibus pleni, somnolentia &c. à qualitate verò sanguinis, nimia acredine peccantis, si hoc malum producatur, ex signis supra citatis fere contrariis id animadvertere licebit.

## X X.

Præterea hic inquirendum esset, qualis sanguis ex arteriis, qualis vero ex venis, faucibus, a capite, gingivis, pulmonibus, ex ventriculo, vel thorace promanet: verum ne hæc nostra disputatio in nimiam molem excrescat, de hujus disquisitionis determinatione, *Riverius*, *Dolcius* in suis *Encyclopediis*, *Platerus*, *Willius*, *Silvius*, aliique Practici, consulantur.

## X X I.

*Prognosia* hujus affectus *Hipp.* generatim instituit, inquiens.  
*Aph.*

## INAUGURALIS. 9

Aph. 25. Sect. 1. *Sanguis sursum quidem qualiscunque fuerit, malus: fit tamen interdum, ut talis sanguinis excretio innoxie contin- gat, naturâ motu quodam critico sanguinem per illas vias ex- pungante, uti in mensium suppressione Riverius observavit: ratione causarum a vasorum rarefactione minus periculi immi- net, quam ab eorundem apertione; si verò à vasorum ruptura ortum ducat sanguinis excretio, superioribus speciebus pericu- losior habetur, teste Riverio; nisi enim intra tertium vel quar- tum diem consolidetur, inflammatio succedit, quæ in suppura- rationem versa ulcus producit, ex quo Phtisis ortum trahit: unde Hipp. Aph. 15. & 16. Sect. 7. à sanguinis sputo, puris sputum, ex puris sputo, tabes. Vasorum vero erosio omnium periculosissi- ma habetur, eamque incurabilem pronuntiat Galenus, partim propter ulcus insanabile, & gravia symptomata, quæ illam consequuntur; partim etiam propter acredinem sanguinis, illa symptomata perpetuò foventem.*

### X X I I.

Investigatâ sic pro ingenii viribus morbi naturâ atque cogni- tione, supereft, ut curandi methodum proponamus; huic scopo inserviunt auxilia ex triplici fonte defumpta, *Chyurgico* nim- rum, *Pharmaceutico*, atque *Diaetico*.

### X X I I I.

Si itaque sanguinis copia nimia fuerit, ex *Chyurgico* fonte primo subministrat *Phlebotomia*, quæ pro viribus ægri magis vel minus larga instituenda est, ut sic vasa depleantur, eorumque pori & oscula restituantur: locum verò quod attinet, non est quod anxiè inquiramus; *Riverius* illam utrobique tam in bra- chio quam in pede administrandam esse judicat; nec male, præ- fertim in pede in mulieribus, quibus menses non fluunt.

### X X I V.

Ex fonte *phamaceutico*, tanquam ex largissima remediorum sca- turigine, plura se offerunt media; & primo quidem, si hu- morum faburra in corpore scateat, leniter purgantia. v. g. rha- barbarina, pulpa tamarind. manna calabr. passul. pruna, cassia, senna, syrup. rosar. solut. de cichor. fortiora purgantia, ut &

B

vomi-

## 10 DISPUTATIO MEDICA

vomitoria in hoc casu pro ut damnosa rejicimus : adhiberi quoque possunt clysteres lenientes , si alyus segnius suum faciat officium.

## XXV.

Missis his universalibus , ad sanguinis pravam diathesin respicimus , nimirum ut ejus orgasmus ac æstus corrigatur , fluor inhibeatur , acrimonia temperetur : Hunc in finem sequentia usitatoria , inter plurima ab Auctoribus recensita , medicamenta excellunt , ut plantago , portulaca , millefolium , flor. rosar. rubr. balaustr. rasur. eboni , bursa pastoris &c. sacchar. saturni , lapis prunelle , Tinct. corall. Martis adstring. ol. & sp. vitrioli. sp. sulphur. p. Campanam , nitri acetum stillatit. &c. Camphor , bolus Armena , omnes terræ sigillatae , oculi cancri , sanguis draconis : inter composita præprimis conducunt syrup. de symphyto Fernel. myrtinus , papav. errhat. papav. albi , portulacæ , sacchar. rosar. Trochisci de terrâ sigillata &c. ex quibus variae pro ægrorum libitu aut Medici judicio , formulæ componi possunt. v. g. præscribatur talis mixtura , de qua patiens subinde sumat cochlear.

*R. Aq. plantag. 3ij.*

*Cinnamomii 3ij.*

*confect. de byacynth. 3i*ß*.*

*aceti stillat. 3ij.*

*pulv. ocul. cancer.*

*corall. rubr. pp. an. 3i*ß*.*

*flor. balaustr. 3*ß*.*

*sanguin. dracon. 3*ß*.*

*Laudani opati gr. ij.*

*syrap. Martini. 3j.*

*M.*

Insuper præscribi potest conditum , de quo æger aliquando sumat particulam.

*R. Conserv. rosar. rubr. 3i*ß*.*

*carnis Cydonior. 3*ß*.*

*Diascord. fracaſt. 3ij.*

*spirit.*

# I N A U G U R A L I S . II

spirit. diatragacanth. frigid. 3*fl.*

lapid. Hemat. pp. 3*j.*

syrup. papav. errhat., vel de symphyto Q. S.

M. F. Conditum.

Præscribi quoque potest hic pulvis

R. Sem. Hyosciami,

papav. albi. an. 3*x.*

terra sigill.

corall. rub. an. 3*v.*

sauchar. rosat. 3*iiij.*

F. pulvis. doſis 3*j.* Mane & vesperi prædictus pulvis in pilulas vel tabulas idoneas, adjiciendo solutionem tragacanth. vel syrupum idoneum, redigi potest: Cl. Majerne magnis laudibus hic extollit succum tenuissimum fol. Urticæ urentis, cuius per subsidentiam depurati bis in die exhibet 3*v.*

Insuper hic linctus præscribi potest, sc.

R. Syrup. de symph. mirtini.

papav. errat. an. 3*j.*

papav. alb. 3*fl.*

M. F. linctus.

## X X V I.

Ad vasa consolidanda convenit tale vel simile decoctum; de quo ter de die æger largiorem haustum bibat.

R. Rad. Consolid. Major. vel symphyt. major. 3*fl.*

Herb. plantag. polygami. scabiosa.

flor. papav. errhatici. an. m. j.

passifl. major. cum arillis. 3*iiij.*

liquiritia rhaga. 3*j.*

Coq. in S. Q. aq. Hord. ad 1*bijj.*

## X X V I I.

Ad præveniendam sanguinis in pulmone effusi corruptiōnem in faniem vel pus, nonnulli balsam. sulph. anisat. bis terre in die ad gut. iv. vel. v. usurpat. præscribunt.

## XXVII.

Verum omnia ut breviter comprehendamus, in hujus affectus curatione præcipue ad causam attendendum est; sic si à nimia sanguinis copia, vel ejus qualitate vitiosa, motuve violentiori ortum ducat Hemoptœ, tunc ea in usum cedunt, quæ sanguinem minuunt, corrigunt, ac motum violentiorem inhibent: si à mensibus, hæmorrhoidibus, narium haemorrhagiis &c. suppressis hic affectus excitetur, tunc ea prosunt, quæ in prædictorum affectuum suppressione præscribi solent: sic quoque in aliis.

## XXIX.

Non minimum vero hic pondus Diate addit mutatio, unde & illinc petendum auxilium. Aer ergo sit temperatus, & magis ad frigiditatem inclinet: Cibus sit refrigerans, siccans, atqui paulo adstringens, glutinosis mixtus, præsertim si à vasorum ruptura exorta sit Hæmoptysis, ut sunt pedes vitulorum, hædorum aut agnorum, item pultes ex amylo, oryza & lacte paratae, in pauca tamen quantitate exhiberi debent, ne sanguis adaugeatur: abstinentum ab omnibus acribus, hoc est sale aut pipere conditis, similibusque tussim excitantibus: Potus sit Cerevisia tenuis vel chalybeata, Decoctum hordei mundati cum florib. rosar. rubr. &c. paratum, ut & aliquando vinum rubrum adstringens, vel decoct. ex rad. chinæ, salsa paril. rasur. cc. &c. in animali functione, somnus & vigiliae non excedant mediocritatis limites: Motus nimius, præcipue pectoris clamores, cachinnus, & cantus fūgiantur; quies e contra imperetur: excrementa alvi indies arte aut natura respondeant: ab affectibus animi vehementioribus abstineat æger, præsertim ab ira; vitet quoque venarem. Hisce omnibus secundum artem administratis, nunc citius nunc tardius expectari potest sanitatis amissæ recuperatio, pendens à Providentia & Auxilio Divino, sine quo nil laudabile præstamus.

# COROLLARIA.

I.

*Omne animal fit ex ovo.*

II.

*Fœtus conceptio non fit in utero sed in ovario.*

III.

*Virgo concipere potest, cui nunquam menses fluxere.*

IV.

*Epileptica in ipso paroxismo concipere potest.*

V.

*Illud quod mulieres in coitu excernunt non est verum semen.*

VI.

*Legitimus esse potest fœtus undecimo mense editus.*

VII.

*Astris male propitiis oclimestrem nasci, qui reputat, infelici sidere  
se natum prodit.*

VIII.

*Ossa pubis in partu difficiili debiscere defendimus.*

IX.

*Lac non generatur ex sanguinē, sed ex chylo.*

X.

*Chylum ex vasis lacteis intestinorum immediate mammis communi-  
cari absurdissimum est.*

XI.

*Lac in mammillis non semper probat Gravidationem.*

XII.

*Non semper venæctio gravidis nocet.*

XIII.

*Nec menstruorum fluxus fatui.*

XIV.

*Salivam qui humorem inutilem agnoscunt, à recto ratiocinandi de-  
flectunt tramite.*

XV.

*Adagium, sanis omnia sana, falsissimum.*

X V I.

полутръмълълов, quod in ore est omni populo proverbium, vinum post lac salubre, lac post vinum venenum, non usque adeo certum quidem, quam tritum.

X V I I.

Num hoc vel illud alimentum primum vel postremum assumatur, perinde.

X V I I I.

Calculum in vesica dissolvi posse, neg.

X I X.

An possint parentum morbi iure hereditario in nepotes transferri intacta prole intermedia, aff.

X X.

In Gonorrhœa virulenta principio injectiones adstringentes pessima sunt.

X X I.

Seminarium pestis recte statuitur infectus (quo communis fruimur vita) æer.

X X I I.

In Chlorosi sive morbo virginico prestans remedium conjugium est.



V I X

V X

AP-

# APP LAU S U S

*Doctissimo Viro-Juveni*

## D. SAMUEL DIONYSIO,

C U M

*De sanguinis spatu disputans, summa cum laude  
Medicinæ Doctor crearetur.*

 Uem Phœbusque ardet, quemque & Poda-  
lyrius ardet,  
Cui Paon dudum summus amicus erat;  
Quem sibi Galenus semper gloriatus alum-  
num,  
Quemque Machaon amat, quemque amat Hippo-  
crates;  
Hic scandit cathedram, doctoque hic differit ore:  
SANGUINIS hic SPUTUM tractat & Hic Medicè.  
Hic, DIONYSI, nunc debetur digna corona:  
Traditur hic, doctum cingit & ecce caput?  
Hos fructus vestrum, SAMUEL, Medicina laborum  
Impertit, genii lucida signa tui.  
Pergas! nulla dies memori Vos eximet ævo.  
Sed manet æternum lausque decusque tuum.

FRANCISCUS VAN BERGEN

dictus MONTANUS. J.U.D.

Z E G E N W E N S C H  
*Aan de HEER, mijn HEER*  
**SAMUEL DENYSSEN,**

Toen zijn E. na opentlyke redenkaveling, van het  
BLOED-SPUWEN, tot Doctor in de Medicijne  
gepromoveerd wierd, in U T R E C H T  
den 10. Maart 1692.

*Crescit, occulto velut arbor aeo,  
Fama Marcelli. HORAT.*

**D**At somtijds in een droom, de waarheyd leid verborgen,  
En datze aan ons ontdekt een saak, die naderhand  
Zoo te gebeuren staat, vernam ik heden morgen,  
Daar ik lag uytgestrekt op 't sagte ledekant.

**A P O L L O** (droomde ik) by de Musen neergeseten,  
Op Pindus berg, zoo schoon, gelijk een paradijs,  
Liet aan **H I P P O C R A T E S**, **G A L E E N**, en **C E L S U S** weten  
Dat hy een bete broeds met haar gesind was te eten,  
Juyst met het klok-geslag van twaleven precijs.  
Zy quamen alle dry, en sonder lang te vragen  
(Also de tafel stond gedeckt met schone spys)  
Begaven zig ter disch, met hongerige magen,  
En peurden lustig aan het kuabbelen, en knagen  
Der bouten eens Faisants, en smakelyk Patrijs.  
Wel (zeyde APOLLO) na het spreken van den zegen,  
Bekranst met Lauwerier om 't hoofd, naar de oude wijs,  
Hoe is het in de School van Utrecht thans gelégen?  
Slaan nog de Meesters in het spoor van uwe wégen?  
Of zijn de menschen daar ook lekker, en wat vijs?  
Wie leert'er thans? wie of de Leereling mag wésen?  
Wie heeft de lof? aan wien behoord de hoogste prijs?  
De goddelijke konst van zieken te genézen,  
Is die zo hoog in top, alsze eertiids was, gerézen?  
Zeg ongeveynst, geef my uw oordeel, en advijs.

Toen

Toen zeyde HIPPOCRATES, ik spreek bier onbedwongen,  
Mijn tonge is vry, zy geeft aan niemand tol, of gys,  
De Meesters alle bey zijn Mannen, dat geen tongen  
Ooit hebben naar waardy, haar lof, en roem gezongen,  
Als zijnde in kennisse doorletterd, gauw, en wijs,  
En boven andere vermaard in wetenschappen,  
Gelyk een diamant blinkt boven glas, en ys,  
Hy die althans met lof beklauterd de eeren-trappen,  
En menig man tart, die bejaard is, oud, en grijs,  
Hy die zijn Meesters poogd op 't vlytigst na te stappen,  
Is mijnen Lieveling, den deftigen DENYS.  
*Hy heeft sig treflyk in mijn Oeffen-school gedragen,*  
*Hy is.... doch't vordere verstand, of hoorde ik niet;*  
Als wakker wordende door 't hollen van een wagen,  
Der maten, dat de slaap my t'eenemaal verliet.  
Des is mijn pligt, terwijl ik wéte, dat mijn dromen  
Zijn waar bevonden, u te wenschen in het kort,  
Dat GOD de Heer u, uyt zijn goedheyds volle stromen;  
Bedauwe met een gonst, die nooit verminderd word;  
Dat uwes levens-loop verlengd zy; Dat de kranken  
Genésen werden door uw hulp, beleyd, en raad,  
En u dan trouwelijk beloonen, en bedanken;  
Dat uwen lof, en roem, zo lang de wereld staat,  
Zy rugbaar in den mond van kinderen, en néven;  
*De Heelkunst moet door u, gy door de Heelkunst léven.*

D. HAVART.  
Med. Doct.

SUMMUS LARVENS HERDENS

OP

OP DE  
Bevorderinge van den HEER  
**SAMUEL DENYSSEN.**

Wanneer zijn Ed. met groote Lóf en aller toe-  
juichinge ter Artsenije wierd ingewijd.

**D**oor naerstigheid en deugd kan men het al verwinnen,  
De naerstigheid verheft een Dienaar tot een Heer,  
Zij voerd, die baar omhuld tot op den top van eer:  
Zij is de moeder van 't geluk, en scherpt de zinnen.  
Zij kan een slegten slaaf doen klimmen op den troon;  
Geleerdheid, wijsheid pragt en allerhande gaaven,  
Zijn in de naerstigheid en in de deugd begraaven,  
Die naerstig is verdiened eene onverweltbare kroon.  
Met recht DENYSSEN dan vereere ik u mijn' dichter;  
Vermids ge op deezen dag door de eedle naerstigheid  
Verkrijgen zult den loon van uwen arrebeid.  
Vaar voort Galenus Zoon, maak dat de dood moet zwigten  
Voor uwe konst, en maak den zieken mens gezond!  
Versterk het lichaam door de kragt van uwe dranken,  
Genes, door Godes hulp, gelukkiglijk de kranken:  
Dus blaasde faam uw lóf de gantse waereld rond.

SAMUEL VANDER HEIDEN.